

cluderetur, quae omnia evidenter satis sunt absurda & Donatissimum veterem recoquunt, cuius jam Fanatici dudum sunt convicti. VII. Hanc nostram tandem *Oeconomiam*, in publica congregatione docentium & audientium consistentem, *gregi perniciosam esse* redditam ferunt, procul dubio ea ex causa, quoniam adeo inculcetur doctrina de justificatione, impossibilitate implendi legem, absolutismus moralis non acceptetur, bona opera ad salutem necessaria esse negetur, ritus absolutio- nis & confessionis privatae servetur, caeremoniae nonnullae non abrogentur, antiqua novis praeferantur, omnes promi- scue sine vocatione, ad docendum & loquendum in ecclesia non admittantur. Quae omnia cum dudum Numinis auxilio confecta sint a nostratibus, quicquid perculi aut damni hic metuendum, ex dissentientium potius opinione oriri, quilibet, cui veritas cordi est, nullo negotio perspiciet.

§. II. Quae hic in tanta brevitate concentrantur ab Inspira- tis, ut apud non intelligentes odium ministerio verbi confla- re possint, aliorum satis explicate iterantur & legentibus ab oculos ponuntur. Nunc enim de Academiis putidissime fermocinatio instituitur; *Mir weinet Herz und Auge / da ich dieses schreibe / wenn ich bedencke / daß das Contagium istud Aca- demicum so gar sehr umb sich frißt / und sich an alles macht / was geschehen ist / was geschiehet / und was noch geschehen soll / als wenn das Universitäts-Pallium privilegiret wäre / coelestia, terrestria, praeterita, praesentia, divina & humana zu censiren. Erweiß p. 44. quasi non Academiae istud negotii injunctum habeant, ut divinis & humanis doctrinis, scientia rerum praeteritarum & praesentium seu historiarum, ut & futurarum actionum, quibus per disciplinam moralem moderamen imponitur, animos audientium solide, id est, iudicium recte subigendo & exercendo, instruant & informant. Ita sperant futurum, daß endlich aller grober und subtiler Schul-Kram sein hereinbrechendes Ende finde / wodurch allem innerlichen und äusserlichen Gewirre die*
Nahs